

quoniam, ut dixi, fieri nequit, ut singulorum Concionatorum cupiditati, vel necessitati faciamus satis, multoque minus pietati singulorum populorum qui insigni aliquo beneficio aucti fuerunt ab aliquo peculiari Sancto, cujus vel corpus, vel sacras possident reliquias; ad prævrtendos questus omnes, qui de electione hac nostra possent haberi (quandoquidem inter eos, qui a nobis prætermitti fuerunt, non desunt, quorum virtutes, & præclare facta non minus coram Deo meritum, & coram hominibus fulgorem habent, quam illa Sanctorum, quos universalis Ecclesia nobis ad colendum, & imitandum proponit;) ad prævrtendos, inquam, hos questus, in tomo quarto sequar Ecclesiæ ipsius institutum, præcipientis commune officium pro illis, quibus nullum peculiare assignavit. Itaque ut aliquo pacto suppleamus iis, quos prætermittere opus fuit, suppeditabimus collectanea pro communi Apostolorum, Martyrum, Doctorum, Pontificum, Confessorum, Virginum, Viduarum, Eremitarum &c. ita, ut cujuscumque ordinis, aut characteris fuerit Sanctus ille, cujus laudes erunt celebrandæ; supellex non defutura sit, modo ad eum privatim applicentur, quæ de communi dicta fuerint non sine mutatione quadam, quæ ad id necessaria videbitur.

Hæc tota est divisio, & ordo tertiæ partis hujus, quæ proculdubio est difficilissima propter conformitatem, quæ reperitur in factis quamplurimum Sanctorum; qui idem vitæ genus amplexi sunt, qui eorundem virtutum præxi enituerunt, quibus iidem obices superandi, eadem sustinenda prælia, ac in iisdem occasionibus fortitudo, ac fides probandæ fuerunt. Hæc quidem difficultas variis, variisque modis facta prorsus similia efferendi, non mihi quidem accidit præter mentem; sed in operis decursu magis magisque se prodidit, & nonnunquam prope fuit, ut desererem partem Operis, quæ diuturnum, molestumque laborem quærebat. Sed tandem hac difficultate ex parte superata, Deo favente, spero, me propediem quod reliquum est, absoluturum, & si mihi humanitus quid acciderit, non despero, quominus eruditus aliquis Scriptor operis videns utilitatem, illi manum extremam sit additurus.



PROLEGOMENON PRIMUM.

DE CULTU SANCTIS DEBITO.



Quandoquidem sancti ita humana salutis curam gerunt, ut ex filii Dei sententia latentur in celis, atque gaudeant, cum peccatorem ad officium redire, ac penitentiam facere cognoscunt: nonne æquum est, ut homines quoque vicissim curam gerant gloriæ Sanctorum, & aliquid eorum conferant felicitati, debitum illi honorem, cultumque deferentes? Hæc itaque mens est Ecclesiæ in diebus festis, quos in eorum memoriam celebrat, in publicis precibus, quos illorum præsidium deposcit, in eologiis, quæ in templis eorum habentur, ubi eorum merita, virtutesque extolluntur. Illos enim 1. religioso cultu prosequitur tanquam Amicos, regnum illius possidentes, victores de hoc mundo, & tranquilla, beataque immortalitatis possessores. 2. Illos invocat in necessitatibus suis, eisque preces fundit tanquam Patronis, quorum opera utitur, ut facilius accessum habeat ad Jesum, & per Jesum ad Deum. Duobus hisce in officiis positus est cultus, quem illis adhibet Ecclesiæ, qui duabus respondet rebus, quæ nobis sunt in Sanctis consideranda, & eorum, & nostrum habita ratione. Prima est eorum gloria, & ineffabilis felicitas, cujus nos participes esse testamur, quod illis honorem deferre conamur. Altera est cura, quam vicissim gerunt ejus beatitudinis ad quam ipsi contendimus: ita ut iustitia, & grati animi affectus, nostra, & ipsorum utilitas me adigant ad cultum, qui Sanctis debetur, propugnandum in hoc prolegomeno, qui proprie controversæ sermo est ad evincendos non eos solum, qui ab Ecclesiâ aperto schismate discesserunt, verum eos etiam, qui eidem extrinsecus inhaerent, sed in hujusmodi articulis non sentiunt, ut deest Orthodoxos, ad evincendos, inquam, illos de duabus præcipuis veritatibus. Harum prima est, Sanctis honorem adhiberi posse, quin gloria Deo debita imminuatur, aut dividatur; altera est licere, imo etiam maxime expedire eos invocare, quin ledatur confidentia in illo habenda, qui unus nostris possit opem ferre necessitatibus.

Primum igitur Sancti merentur, ut eos colamus; & nihil æquius est, quam honorem illis adhibere, qui virtutis est merces. Quia honor juxta ipsorum Ethnicorum mentem non est aliud, quam clara; & distincta cognitio meritorum personæ alicujus eximiorum, quam extrinsecus illi testamur aliquo signo, cujusmodi sunt laudes, observantia, cultus, obsequia, quæ consuetudo in legem convertit. Verum quidem est, homines, qui penitiores cordium sinus nequaquam intelligunt, ut plurimum hac sine observantia argumenta impendere conueverunt, magistratibus & honoribus, aliisque corporis, animique bonis; quia Mundus plerumque plurimi facit ea, quæ magis nitent, magisque in oculis incurrunt. Ecclesiæ vero, quæ superiori ducitur regula, videlicet Spiritus Sancti lumine, christianas præter virtutes non solum generis nobilitati, ceterisque naturæ bonis, verum etiam virtutibus omnibus mere moralibus; neque æstimandum putat, nisi quod Deus ipse æstimat, scilicet sinceram pietatem, ardentem caritatem, profundam humilitatem, fidem vivam, omnesque virtutes, quæ nos Sanctos & Dei oculis acceptos reddunt, cujus unius iudicium unica est veri honoris regula. Honorum igitur detractare illis, qui sancte vixerunt, & inter ceteros enituerunt, solida pietate, probata patientia, virtute consummata, verbo, Sanctitate eminenti, detractare inquam confessionem virtutis eorum debitam, hoc est, meritum eorum negare iustitiam, quod nonnisi ab ignorantia juris, vel facti procedere potest in hoc fidei nostræ articulo; & hoc illud est, quod nobis ad examen est revocandum.

Houdry, Paneg. Tom. I.

Quod factum, nobiscum convenit, saltem in potiori Sanctorum parte, quam ipsi etiam adversarii hæc præditos dignitate fatentur. Hujusmodi sunt Apostoli, primi Martyres, & prima Christiana Religio luminæ. Quæ in re nil habent quod objiciant; sciunt enim non deesse nobis, unde illos evincere valeamus. Verum quomodoque se res habeat, ne questio alio detorqueatur, factum supponimus, hoc est virtutem omnibus compertam exploratamque, & sanctitatem supernaturalibus confirmatam probationibus, cujusmodi sunt miracula, quæ in dubium revocari non possunt. De jure tantum disputari potest, videlicet utrum virtus in honore sit habenda, vel utrum qui speciatissime, probatissimeque virtutis sunt, in honore haberi mereantur. Heu! quibusnam ergo debetur honos, si non est virtutis, verique meriti pretium? Verum si dum Sancti versarentur in terra, merebantur, ut propter virtutem suam observarentur, & colerentur; cur hic illis honor negabitur nunc temporis, cum in celo sunt, ubi non ultra sunt obnoxii vicibus aequæ misis, atque funestis, quas humana inconstantia, atque fragilitas nimis crebro nobis ostendit in iis, qui ab ipso sanctitatis vertice in gravissima sunt lapsi flagitia, atque in vitiatorum abyssum sese dedere præcipites? Cum interim in celo beati immobiliter in bono sint confirmati, & præterea gloria, & incomparabili felicitate, quæ virtutis eorum est merces, perfurantur.

Hæc ratio negotium facessit adversariis, neque possunt dissimulare: & variæ responsiones, quas subinde excogitarunt, ut huic responderent argumento, non secus ac in aliis plurimis, satis ostendunt, ipsis deesse satis validum telum, quo objectionem tanti ponderis valeant eludere. Palam enim asserere, quod in Catechisibus suis faciunt, omnibusque scriptis, meram esse idololatriam creatis rebus illum honorem adhibere uni Deo debitum; hoc & ipsi fatentur, sed ipsis etiam bona fide fatendum est, quem maximum interesse discrimen inter cultum, quem Deo, & quem Sanctis deferimus; quæ in re toties videri solet, ut inane hanc prætexere causam, idem sit, ac fateri, se non posse amplius suam deploratam sententiam tueri. Ita opus fuit horridam Religionis nostræ proponerent Tabulam, ut schismati suo aliquem colorem allinerent, nobisque imponerent crimen Idololatriæ, quod Ecclesiæ magis horret, quam ipsi usquam horruerint. Itaque illi, qui in eorum partibus responsionis hujus inbecillitatem agnoverunt, quæ apta dumtaxat est ad fovendum illum abominationis sensum, quem rudiores in Ecclesiæ doctrinam imbibentur, aliam assertoresponsonem, nihilo tamen superiori solidiorem.

Fatentur ergo quod illi ultra negare non licet, Sanctos mereri, ut sibi honor habeatur, sive propter vitam virtutibus cumulatam, quam duxerunt, sive propter gloriam, quæ nunc in Celis perfuruntur. Sciunt quidem in Scripturis Iustorum memoriam esse in benedictione, & Regium platem palam affirmare illos honore cumulos esse, & constitutos mundi totius principes: *Nimis honorati amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.* Sed addunt illis civilem dumtaxat honorem adhiberi, qualis habetur terræ Principibus, & Optimatibus, quos honorari jubet S. Paulus Apostolus; vel quomodo habentur in pretio viri, quorum præclara existant merita, & quorum vita, & actiones proponendæ sunt in exemplum. Fatentur eorum etiam imagines, Tabulasque asseruari posse, quarum insitutum virtutum ipsorum memoriam revocare, & alios ad imitandum excitare potest; se in hoc sensu nequaquam improbare honorem illum, qui Sanctis adhibetur, dummodo intra hos terminos nosmet continemus; ac tandem illorum proba, & investivæ in eos tantum incidunt, qui has cultus metas infringunt, Sed quid inde?

Improbant cultum hunc, si religiosus est; approbant

bant vero, & non inutilem putant, si tantum civilis est: tamen e re censuerunt abstinere, ad id damnantes imagines cum in Templis, tum in aedibus, quoniam periculum est ne ab uno ad alium cultum fiat gradus: eodem ferme pacto, quo in lege veteri edixerat Deus, ne quis statuas, & huiusmodi effingeret simulacra, ne populus in idololatriam proclivis, sibi revera idola ex illis confingeret. Præcautio hodierna die inutilis, & parum rationabilis responsio. Hoc enim est non minimum religionis nostræ punctum ad meram nominis questionem redigere. Si quid interest medium inter cultum, qui Deo unice debetur, & eum, qui debetur potestati mundi, ad benemeritis viris; Jam contentus; profitemur, adesse cultum superiorem, qui Deo uni debetur, & eum nulla, quæcumque tandem sit, creatura potest communicari. Hoc primum est Religionis principium; & vitio Ecclesie Catholica vertere, quod cultum hunc, qui latræ dicitur, transferat ad Sanctos, quos veluti tales observat, & colit, hæc mera calumnia est, quoniam palam docet oppositum. Ceterum non probat solum, verum etiam imperat honorem, qui debetur Principibus, Magistratibus, & illis qui præ ceteris dignitate, ac virtute præcellunt; quod non est questionis nostræ argumentum, in quo nobiscum illos consentire puto; sed hoc discrimen est; iudicium forte utrum hæc sit æqua esse poterit schismatis adeo nefarii causa, quale ipsi fecerunt.

Fatorum, venerationem, quæ Sanctis debetur, eam non esse, quæ debetur Deo; nihil præterea fidelis quisque credidit: ad neque illam esse contendimus, quæ Principibus, atque optimatibus terra debetur, qui fortasse ob alias causas contemptibiles sunt, licet eorum vitia, prævaque actiones nequaquam dispensent, quo minus in ipsis vereamur dignitatem, quæ præditi sunt; necne tandem illam deberi affirmamus naturæ bonis, quibus Sancti viri ornati fortasse fuerunt, cuiusmodi sunt ingenium, scientia, animus præfens, generis nobilitas, vel alie mere morales virtutes, in quibus emittere poterant æque ac homines alii. Hæc enim bona ne considerantur quidem in cultu, quem illis adhibetur; & reor, adversarios ipsos asserere eos aliquo honore dignos esse, non tamen ex hoc loco, sed propter pietatem, vitæ sanctimoniam, & gloriam, cuius possessionem adepti jam sunt. Dicant igitur quo nomine cultus hic fit appellandus. Ecclesia illum cultum religiosum appellat; quid illi obijci potest, quandoquidem ordinis est superioris præ illo, qui mere humanus est? Tandem enim gratia, sanctitas, gloria, & cæli dona, quibus Sancti emittuntur, merentur, ut alia ratione spectentur. Cultus, & honor, qui illis debetur, debet igitur ordinis esse superioris illi, quem mundi Principibus deferimus; ceterum toto celo illi inferiorem, qui non nisi Deo est deferendus. Dicant, quid mali, quid abusus, quid periculi oboriri possit ex eo, quod Religionis cultus appellatur, quoniam quodammodo spectat ad Deum, & ad hunc tanquam suum finem refertur.

Quod mihi alteram suggerit rationem, alterumque argumentum ad probandum honorem qui illis quatenus Sanctis debetur, videlicet, illos mereri, ut non solum propter ipsorum virtutes, & vitæ sanctitatem reverentur; sed etiam secundo loco propter statum, ad quem illos sua extulit sanctitas, & ordinem, quem in celo obtinent apud Deum, cuius amici sunt, heredes, & iusti possessores regni ipsius, & qui fruuntur gloria, quæ est meriti eorum merces locupletissima. Si enim Scriptura eorum aliquos, dum adhuc viverent, magnos coram Deo nuncupavit, quod de glorioso Salvatoris Præcuratore legitur, ne quidem interre possumus, illos multo majores in celo esse, quandoquidem Sacer idem Textus asserit, novissimum regni illius, quodam in sensu majorem esse illo, quem ipsius veritatis oraculum mortalium omnium maximum declaravit. Ex hoc autem constanti principio, quod ne ab oppugnantibus quidem Sanctorum cultum in dubium arceatur, arguo, injustissime hos illos negare cultum, qui non solum non officit illi, qui uni debetur Deo, verum etiam in illius gloriam maxime cedit, efficitque ut cultus ejusdem magis, magisque resurgat.

Etiam sicut in aula Principum terre non solum il-

li, qui residet in folio, honos impenditur, verum etiam his, qui eidem inserviunt, vel propius ad illius personam accedunt: eos, qui ob magistratus suos proximis eidem gradus obtinent, colimus quatenus ejusdem ministris, & honos hic, qui adhibetur illis, sublimiorem magnitudinis regie astruit conceptum, quandoquidem, non nisi in hujus gratiam, & propter hunc habentur in pretio. Ita Sancti cum sint Magni coram Deo, & quatenus illius amici, & filii propius accedant ad ipsum, magnitudine illius induuntur, potentes sunt ex illius potentia, ut Reges loquuntur Pfaltes, gloriosi sunt ex ejus gloria, & ex ejus felicitate felices. Hanc ob rem idem propheta testatur, Deum in Sanctis suis esse admirabilem, magnam per magnitudinis characterem, quem illis communicat, potentem per potentiam, cuius facit participes, Sanctum per emanationem Sanctitatis, quam in illos effundit; sed potissimum honore, & gloria dignum per eam, quam illis jubet deferri. *mirabilis Deus in Sanctis suis.* Totus enim hic honos refertur ad Deum: gloria eorum cum sit opus illius, resilit in auctorem suum; & ut verbo me expediam, illum honorat, qui famulos, amicos, aulicos ejus honorat. Summum igitur dedecus Deo simul, & Sanctis inferatur ab eo, qui hunc renuit illis honorem statui, & personæ Beati alicuius debitum, cuius meritum, & potentiam coruscantibus miraculis Deus ipse manifestat.

Fator igitur, Sanctos a nobis coli, & sensum Ecclesie totius a sacrosancta Tridentina Synodo declaratum esse, eos coli posse; & quia non cessant Hæretici nobis idololatriæ crimen obijcere, non desinam illis repetere adorationem in peculiari sensu desumptam, & pro cultu, qui latræ nuncupatur, uni tantum deberi Deo, & scelus omnium deterrimum esse, illum mære creature deferre, sed quoniam alter non deest toto celo inferior, qui tamen actus est religionis, qui neque supremus, neque absolutus est, sed potius relativus, atque dependens, quemadmodum a Theologis appellatur, cur nolunt, hunc Sanctis adhiberi, quandoquidem in scripturis idem nomen adorationis ad Deum, Angelos, hominesque transfertur, licet quædam illius species ad Deum unum pertineat. Itaque Protestantes Ministri hac in re se nobis æquiores ostendere incipiunt, idololatriæ nomine nos exultantes; verum ut se ipsos probent, cultum hunc eundem allegant veluti unam ex causis, propter quas discesserunt a nobis, quia non nisi explicitum præterere possunt Dei præceptum, quo cultus hic improbetur. Sed ubi nam præceptum hoc invenitur? Loci, quos ad id profertur, nil probant, sed Sanctorum veteris, novæque legis exempla, qui Angelis, & Sanctis Patriarchis honorem adhibuerunt, probant saltem cultum hunc fuisse permissum. Quamobrem Ecclesia, quæ per Sacram Tridentinam Synodum suos hæc de re sensus explicuit, non infligit quidem nobis illos honorandi necessitatem; sed credi vult, illos coli posse, eosque coli suadet, tanquam medium ad nolmet sanctificandos aptissimum, quippe quod nobis proponens exempla ab illis relicta, ad eorum imitationem nos excitat, quatenus hic maximus, & amplissimus cultus est, quem illi deferre valeamus.

Hinc tertium elicio argumentum ad Ecclesie consilium in hac re probandum, quod simul respondet tertia eorum objectioni, qui pseudo zelotes sunt cultus, & gloria Domini; videlicet tantum abesse, quod Sanctorum cultum Deus interdixerit, ut e contra nihil prætermisisset videatur, ut reliquos mortales ad honorem hunc illis adhibendum impelleret; seu dum pugnant adhuc in terris, seu nunc, cum coronantur in Cælis. Quibus elogiis ipse Abraham, aliosque Patriarchas exornavit? Nonne eorum virtutem insignem effecit, vel cum atrua loliginis fucum illis aspergeret calumnia; vel cum illa in solitudinem recessit lateret? Quam ille ultionem exegit ex contumeliis, atque injuriis quibus illi affecti fuerunt? Quibus benedictionibus etiam temporalibus non cumulavit eos, qui eos cum honore exceperunt, ac venerati sunt? S. Paulus nonne de illis verba facit æque ac de hominibus, quibus dignus non erat mundus. Reges, ac Principes terra nonne laudati, & sexcentis Cali favoribus cumulati fuerunt, eo quod eorum consilia secuti sunt? & quasi non satis fuisset illos observantia, & honore

Minister
Dall'office,
formaturum
Ecclesiæ.
Apoloia.

honore dignos constituit propter virtutes eorum, voluit illos cumulare honoribus, tribuens illis potestatem operandi signa, & prodigia quod Moysi concessit, quem aliquo modo Deum Pharaonis constituit. Patet quemnam honorem Danieli ab ipsis Terræ principibus deferri iusserit, tribuens huic Propheta futurorum cognitionem non secus ac olim Sancto Patriarchæ Joseph? Quid prætermisit, ut illustrem, gloriosumque efficeret incomparabilem Josue? Nonne illum omni potentia sua fulsit, deduxitque? Nonne in illius gratiam, & sub oculis ejus aperuit flumina, ut populus illius ea sicis pedibus transvadaret? Nonne effecit, ut fortissimarum urbium muros deiceret? & insignis hic gentium dominor propter gratiam, quam apud Deum fuerat adeptus, nonne suam potestatem in Solem atque extendit illius inhibens cursum? Quis unquam mortalium majorem gloriam, & honorem est affectus?

Et ut de Sanctis novæ legis verba faciamus: nonne effecit Deus, ut in hac etiam vita in honore haberentur per hanc eandem potentiam, quam illis in omnem contulit creaturas? Scio equidem inimicos cultus Sanctorum non adeo magnam omnibus hisce miraculis adhibere fidem, eorumque pleraque in dubium arcellere; non morabor hoc in loco urgere illos hæc in re, de qua alibi sermonem integrum habituri sumus. Verum saltem non negabunt illa, quæ facer Textus de Apostolis, & discipulis Domini narrat; & hoc satis est, ut arguam voluisse Deum ut ipsis honor daretur in terra. Verum si hic honor, & cultus, qui præstatur illis, & quem Sanctitas, & miracula eorum ipsis conciliabat, iustum erat, dum adhuc inter Mortales recenserentur; hodierna die cum in celo gloriosi sint, illicitum ne erit, superstitiosum, & improbum? At enim, inquit, ille non erat cultus, qualis nunc post mortem illis adhibetur. Patet equidem, neque in hoc argumenti robor consistit, dico solum, cultum, qui illis præstatur, dum viverent, nequaquam cultum civilem fuisse, quia nihil in eo aderat naturale, nihil mere morale, quod illis esset obiectum; & quomocumque vocetur homine, parum interest: constat tamen post obitum eorum, cum ipsorum sanctitas constantissimè probata fuerit argumentis, nullum esse majus periculum, vel crimen esse nunc colere, quam tunc dum adhuc in mundo versarentur; & si quid discriminis intercedit inter duo hæc cultus genera erga personas eadem, discrimen hoc esse non potest nimis magnum, quandoquidem uterque eandem habent causam, obiectum idem, & uterque ad Deum revertuntur.

Quod si mos, & praxis non adest in Ecclesia colendi veluti sanctos, atque apotheoque, ut ita dicam, celebrandi eorum, qui nondum ex viventium numero exciderunt, quantumvis explorata, & comperta sit sanctitas eorum; saltem persuaderi potest cuique in errore suo pertinacissimo consuetudinem viguisse illos post mortem in honore habendi primis etiam sæculis, & iis temporibus, quibus isti religionis reformatores tenent Ecclesiam adhuc in puritate sua substituisse. Et profecto statim ac de idololatriæ egit triumphum, cum nequaquam verita se Ethnicis aniam præbere posse credendi, ab ipsa plures Deos adorari, cepit templa in Sanctorum honorem edificare. Quis enim ignorat primam sacram fidem, quæ in urbe terrarum principe extracta fuit, dedicatam fuisse vero Deo in honorem, & titulo Principis Apostolorum? primum ex Christianis Imperatoribus sibi honori vertisse ad Piscatoris pedes procurbare, & hoc secutos exemplum dein potentissimos terrarum monarchas deposuisse coronas, & sceptrâ, ut honorem deferrent sanctis, quos ne obtutu quidem suo fortasse dignari essent, dum adhuc inter homines versarentur, propter generis humilitatem, atque contemptum, in quo erant, antequam Deus illorum merita, & sanctitatem in lucem proferret? Heu Domine, possum hoc in loco exclamare cum Propheta tuo, quam magnus es, qui famulos tuos ad sublimem adeo apicem gloriæ supra omnem mundi hujus magnitudinem extollis! & cum Anan invidenti, cum emulum suum per urbem in triumpho pompam comitabatur, addere: hoc pacto honorandi sunt illi, quos supremus Cali, terræque Dominus benevolentia, & gratia sua dignari voluerit. Sed Spiritus schismatis;

quam adversans Spiritus Dei, sanctis eripere studens honorem, quem semper, omnibusque sæculis ab Ecclesia Sanctis suis voluit adhiberi! Sermonem hunc locorum, & allegationum copia non obruam. Dies festi ob causam hanc instituti, sermones, & elogia a Cyprianis, Gregoriis Nazianzenis, Chrysostromis, Ambrosiis, Augustinis edita, ut populos ad Sanctorum cultum adhorrentur; celebritates, quæ ad Beatiorum monumenta sunt; Concilia adversus Iconoclastas habita; hæc omnia simul primitivæ Ecclesie traditionem constantem effingunt usque ad miserum sæculum elapsum, quo repente exarist adeo perniciosus error contra sanctorum cultum, ut illum argumenta adeo valida, & perspicua excutere non poterint; eo usque ut adversariorum nonnulli malint reddere, omnes Ecclesie Patres, doctoresque in errore incidisse, quam fateri, se immo in eundem lapsos fuisse; alii autem fateantur, quovis quidem tempore Sanctos in honore fuisse habitos, sed nunquam invocatos fuisse, & conantur saltem hujus cultus partem auferre, quem omnino evertere nequeunt. Sed hoc etiam extremum illorum vallum profertere aditatur.

Sanctorum invocatio quidem præcipua pars est cultus, qui illis debetur; imitationem quippe in dubium non revocant Adversarii; unum enim hunc putant fieri posse usum sacrarum imaginum, ut nobis resistent memoriam virtutum ipsorum, quæ ad eorum exempla sequenda excitentur. Non igitur istuc loquar de imaginibus, atque Sanctorum reliquiis, quamvis reverentia illis debita, & preces, quæ coram illis funduntur, sint modus quidam iis, quos exhibent, honoris adhibendi: satis edocti sumus de hujus cultus natura, satisque cura est, de hac erudire fideles ad præcavendum vel minimam speciem superstitiosis. Verum uti res ipsa invocantur Sanctos & peculiarem votivam religionem erga eorum nonnullos, quos in Patronos, & secundos veluti mediatores deligimus apud Deum; hoc ad arma provocat moderatores hos, qui satis putant se Ecclesiam reformasse, si illi hoc auferant subsidium, & mox etiam cultum, quem putant Salvatori contumeliosum, inutilem invocantibus, ac demum tot obnoxium vitiiis, quapropter, se auferre velle jactant ad viis Domini penam scandalis, de Ecclesia tam perniciosos errores auferendo. Nostis, puto, ex verbis huiusmodi linguam, spiritum, & ingenium Hæreticorum: at videamus quæso, utrum jure notam adeo terram inurere possint praxi, quam cum Ecclesia tota non vereor asserere, gloriosam Deo, fidelibus utilem, ac longe ferriat ab asseritis hisce vitiiis, quæ alii quidem temere sibi confinxerunt, alii vero gratis reformidant. Audire hæc, fideles Ecclesie Filii, & nunquam deferite sanctum hunc morem implorandi opem sanctorum, eisdemque in Patronos vocandi.

Titulus hic, quem Sanctis tribuimus, & quem Ecclesia, Patresque probant, animos novatorum irritavit. Quid! exclamant illi, alios præter Jesum Christum advocatos habere! vel quasi ejus intercessio minime sufficeret, ad alios quam Jesum Christum confugere, eique alios affociare! Numquid preces illius satis valida non sunt; an illis Sanctorum adjecta validiores sunt & ad Dei cor promovendum aptiores? an denique meritum passionis ejus everterit, & sanguinis ejusdem virtus exanimitur? Ecce zelum, qui in speciem quidem est admodum ardens ad tuendam vim, ac pretium meritum Salvatoris. Sed tantum abest quod zelus hic sit secundum scientiam, quantum requirit Apostolus, ut errorem habeat profundamento, & pro fine unum ex validissimis nostræ salutis administris nobis eripere. Itaque eo etiam ventum est, ut palam audeant adulterare Iocum S. Pauli dicentis, unum adesse Deum, & mediatorum, Deum inter & homines, qui est Jesus Christus, addentes verbum illud unum, ut per hoc Sanctorum intercessionem, & mediationem excludant, licet hæc Salvatoris mediatori subordinata sit, & non nisi per illum robur obtineat.

Cur non Sancti Basilii explicationem consuluerint, epistola quadam de industria respondentis exprobrationi Juliani Apostatæ id ipsum Fidelibus vitio vertentis? Recipio, inquit, SS. Apostolos, Prophetas, Martyres Deum pro me deprecantes; (*In Psalm. 84.*) ut per suam mediationem Deus mihi propitius adsit. Cur non secuti sunt S. Augustini sententiam, qui Marcy-

rum intercessionem cum mediatione Jesu Christi coniungit? Salvator, ille inquit, adhuc pro nobis loquitur in caelo; martyres omnes, qui cum illo sunt, pro nobis orant; precesque eorum non cessant, quoad gemitus nostri non cessant. Si hac de re alios quoque Patres consulerent, non secus ac perennem, constantemque Traditionem, ne illi quidem privatam sententiam suam non praeferrent sententiae universalis Ecclesiae: didicissent Verbum Incarnatum vere solum esse redemptionis, & propitiationis mediatorem, quod Theologi omnes toties illis responderunt, videlicet, unum illum per sanguinem suum nos redemisse; unum illum aequissimum redemptionis nostrae pretium persolvisse; unum illum nos laeo Deo reconciliasse; quod Sanctus Paulus exprimit illo ipso in loco, quem corruperunt: *Qui dedit se ipsum Redemptionem pro nobis: (Ep. 1. ad Timoth. cap. 2.)* qui se ipsum tradidit ut esset pretium nostrae redemptionis. Sed nequaquam verum est, illum solum esse intercessionis, precumque mediatorem, quippe videmus in Scripturis, Angelos in Caelo, & homines super terram orare pro nobis, & nulla intervenire causa in dubium revocandi hoc Beatorum munus, & subsidium, quod hominibus deferunt, qui fratres sui sunt, & quorum felicitas ad se quoque pertinere putant, dum viverent. Tandem enim quis arbitrari poterit veros hocce amicos nostris deesse necessitatibus, eorum patrocinium cessare, vel eorum cessare preces, cum possunt fortius agere, & fieri fortiores atque praestantiores? Quia arctius adherent Deo, num ideo cum hominibus minus coniuncti sunt? Vel eam amiserunt auctoritatem, quam hic in terris habebant? Numquid minus gratia valent apud Deum, vel minorem erga nos habent, quam olim, caritatem? Deus vero, qui univerto populo ad Moysis adhuc mortalis preces, qui illius mediator erat, pepercit, non parceret uspiam in gratiam tot mediatorum, qui vivent aeternum, & qui semper coram illo, & propestant?

Verum quam ratio, vel potius illatio perperam deducta est, inde arguere, mediationem hanc Salvatoris mediationi esse contumeliosam? Certe nil melius valet quam illa, quam nuper consutavimus; honorem qui Sanctis impenditur, officere illi, qui Salvatori debetur. Verum cum asserant, mediationem, quae Sanctis tribuitur, & invocationem quae ad illos dirigitur, aliquid habere, quod aures Christianae perhorrescant: quaro, an intercessio Sanctorum in terris per eas preces, quas mutuo offerunt Deo, quidquam officiat intercessioni Filii Dei, quem omnes verum, & primum mediatorem modo singulari, fatemur? Profecto, cum sibi non vindicent illius potestatem, & ea quam habent, neque absoluta sit, neque independens, nihil illius iuribus, vel auctoritati, non secus ac officio, & dignitati derogant.

Etenim num ipsi etiam adversarii aliquid derogant, cum pro fratribus suis deprecantur? immo neque id improbant quod nos fecimus, Nonne igitur eorum argumentatio, & consuetudo sibi met adversantur? Heu! *Mentis est iniquitas sibi: (Psal. 26.)* illis dicere possem cum Propheta; error, & iniquitas sibi met imponit, & contradicit, si enim alia qualibet mediatio, quae apud Deum adhibetur, est Salvatori contumeliosa, cur audent illi pro se invicem preces fundere, vel si hoc in terris licet, cur non liceat in Caelo, ubi caritas ardenter est, atque integerrima?

Præterea ex illis quaro, & urgeo, ut querenti responderent; an Sancti nobis apud Deum gratias procurare possunt? Et an vere procurant? Cum hac negare non sit integrum post Sancti Petri Apostoli testimonium, promittentes Fidelibus, ad quos scribit, se post obitum curam illorum habiturum, ut remittantur eorum, quae illis commendata fuerunt; dicant, cur adhiberi minime valeant pro causa hac, quae adeo conformis est eorum statui, & caritati, quam habent pro nobis? Cederetis ne causam, quae prohibet, ne sentiant nobiscum, & quam suae praesunt probationi, hanc esse, quod preces, quae funduntur, inutiles sunt; ideoque licet fatentur Sanctos secundum esse mediatores apud Deum, & apud ipsum Jesum Christum, nihil nobis prodesse posse illos sive omnes simul, sive singulos, quemadmodum Ecclesia consuevit, invocare?

Altera hac ratio praeterquam aequae laborat, at prima, habet nescio quid parum tani, ut illius irriden-

da fatuitas ex se prodeat, quin ad eam refellendam admittat. Hac enim ratio, quae in eorum mente prevaluit auctoritati Patrum omnium saeculorum, & sensui Ecclesiae, est Sanctos non cognoscere, neque audire preces, quae ipsi funduntur; quae semper sparium illud, quod Caelum inter, ac terram interiacet, nobisque eorum gloriam abscondit, prohibet etiam, ne preces nostrae ad illos usque perveniant; ideoque, inquit illi, inutile est ad iis supplicia implorare, qui vocem nostram audire non possunt, multoque minus orationes, quas animo tantum offerimus. Verum quis nescit, licet Sancti minime videant, neque sensibus, corporeisque organibus actiones nostras intelligant, non desine tamen Deo vias alias, quibus omnia ad eorum cognitionem adducant? Quid enim vetat, ne illis revelet, & ne revelatio hac tribuat illis cognitionem clariorem, distinctioremque rerum secretissimarum, ac remotissimarum, quam ea sit, quae res sensibus nostris subiectas cognoscimus? Quemadmodum Propheta remotissima futuri temporis facta cognoscunt, & Sancti aliqui in terris cordium secreta detexerunt, non mentis suae penetratione, sed cognitione magis certa, quam Deus illis tribuit.

Quo pacto Angeli preces nostras, secretosque gemitus audiunt, quos deserunt usque ad thronum Dei, quemadmodum explicite dicit Scriptura? Quod si respondeant Angelos a Deo constitutos esse, qui curam gerant nostri; & Deum illis assignasse viam, qua hoc munere perfunderentur: heu! Si Sancti nostri inveniunt necessitatibus, si nostris sequeuntur miseris, si nobis gratias procurant, nostramque apud Deum conversionem sollicitant, qua de re nullus ambigendi locus est; hoc nonne est confiteri, illos miseris nostras cognoscere, audire orantes, & scire, quinam sibi nuncupent vota? Vident Divinam Essentiam, ubi sunt omnia praesentibus, quam in se ipsis sint; & hanc ob causam Theologi, Sanctique Patres illum fidele Speculum vocant, representans Beatissimum saltem, quidquid pertinet ad illos, & quidquid eorum voluptati aliquid conferre potest, modo nobilitati, & vividiori, quam si illa oculis aliorumque sensuum experientia usurparent.

Reliquum est ut vobis ostendam, quam ridicula, & parumque rationalis sit tertia causa, quam praetulerunt adversarii, ne hunc cultum admittant: videlicet, inquit, periculum esse, ne magni per hunc invehantur abusus; ita ut licet hac invocatio minime prohiberetur, & si in veteri contineretur usu ad Martyrum monumenta preces fundendi, Sanctorumque suffragia implorandi, ut pro nobis intercedant (quod Anglicana Ecclesia, cum qua Protestantes hi nostri foedus iniierunt, damnare non audet, & cuiusdam ex Regibus suis calamo, non admodum improbandum esse declaravit) licet, inquit illi, intra hos cancellos nosmet contineremus, quod subinvectum est, & abusus, qui irrepunt, cultum hunc illicitum reddunt, & invocationem hanc pluribus periculis obijciunt. Itaque ecce punctum de fide, quod ipsi etiam Protestantes nonnunquam fundamentale vocarunt, ad punctum de facto redactum. Cultu, fustique ad Sanctos precibus quispian abutitur? quid hoc? cur non satis fuit hos abusus seu veros, seu fictos redarguere? Id tantum fecissent quod ipsi facimus Tridentinae Synodi verbis adherentes, quae declarat, a sanctis cum Jesu Christo in Caelo regnantibus, offerri preces pro hominibus; eosque a nobis invocari utile esse, & frugiferum: *Sanctos una cum Christo regnantes orationes suas Deo offerre; hominum atque utile esse suppliciter eos invocare.*

Esto, illis concederemus per zelum, ac imprudentem quorundam privatorum hominum pietatem, aliquos abusus obrepere posse, vel fieri posse, ut simplices quidam mortales invehentur vitia, quae ab Ecclesia damnantur, & improbantur: nunquid illi esse debuerunt schismatis causa, contra ipsius Calvinii sententiam, qui cogitans magnitudinem ejus mali, quod parit dissensio, affirmat huc deveniendum non esse nisi extrema necessitas urgeat, & cum non alia admittat capienda consilia. Sed quodnam illationis genus est, amabo vos, prohibere velle rerum utilissimarum, & quae ad vitam sunt maxime necessariae, usum, hanc praetextendo causam, quod aliqui iis vel abutuntur, vel possunt abuti? Ipsa etiam Ecclesia, & Pastorum vigilantia non ne hunc abulum compescunt, cum ad co-

rum accedit aures? Ad haec dicant illi nobis, qua in re asseri inhumani abusus constant, quos in Viclepho, in Joanne Hus, & Hieronymo Pragenis pertulerunt, quos fratres suos putant, licet hi Sanctos invocaverint? Num erunt isti: orare, & pro Sanctis habere eos, quorum salus incerta est, & vita quivoca, & aliquos etiam, qui non satis liquet, utrum fuerint unquam in mundo? Ad id enim redacti sunt. Num illos invocare eo modo, qui minime decet, iis verbis, auribus non nisi in cultu, qui Deo adhibetur, exercendis?

Levis labor est illis hac in re respondere, quin diutius hac omnia ad examen revocemus: rationes illos invocandi, vel colendi sanctae sunt, ex quo tot saeculorum consuetudine, & Ecclesiae consensu probatae fuerunt; illius enim est nostrum cultum, ac pietatem hac in re moderari. Si qui Sanctos unquam invocavit, quos illa non cognovit, illi vitio verumneque cultus, quem minime probat, neque permittit nisi post discretissimum examen vitae, immo etiam miraculorum patrorum ab illis, quos in Beatorum numero accenseret; quod vero spectat ad sacrificia, quae in illorum honorem offeruntur, aliasque caeremonias ab Ecclesia adhibitas, respondeo verbis S. Augustini, (*Lib. 8. de Civit. Dei cap. 27.*) nequaquam esse credendum Sacrificia Sanctis Martyribus offerri, etiam si secundum eorum temporum consuetudinem ab universali Ecclesia receptam, sacrificium offeratur supra corpus eorum, & ad eorum monumenta, videlicet iis in locis, ubi illorum asservabantur reliquiae.

Hinc inferendum est, si licet Sanctos colere, & invocare, quemadmodum dubitandum non esse reor propter hoc usque dicta, quoniam nihil est in cultu hoc, quod rationabilem mentem laesat; non posse nimiam adhiberi reverentiam, donec Ecclesiae sententiam sequimur; & hunc iniquissimum esse suum, quem Haeretici excogitaverunt, ut illud schisma excusarent, quod tanto cum scandalo peractum est. Nolo hoc in loco refricare funestam, & praecipiosam eorum temporum

memoriam, neque primos repetere effectus erroris adeo improbandi: Tempia in Sanctorum honorem extracta, insano cum furore dejecta; Aras, ubi illorum Reliquiae populorum venerationi patebant, pollutas, atque delectas; cineres eorum in aere projectos; statuas, & imagines fractas, & comminutas, ne ullum superesset Religioni, in qua nati, alti, educarique fuerant, vestigium. Utinam teterima haec tempora nunquam fuissent, vel altissima oblivionis caligine essent obruta! Scio fratres (quandoquidem Christiana Caritas, & zelus salutis vestrae me cogit, ut vos adhuc hoc appellem nomine;) Scio eo quod in hereditatem accepistis hos parum vestrorum errores, non esse vitio vobis illorum impotentiam, atque saevitiam vertendam, sed eam detestamini impietatem, quae illos huc furoris, & dementiae perduxit, & confiteri coacti, Sanctos cultum nostrum mereri, pro nobis intercedere, ac nullum majus esse periculum, si precum ipsorum auxilium expetatur apud Deum, quam si amicos nostros obsecremus, ut eandem nobis praestet opem: his de veritatibus persuasi ne productis cordis vestri sensus, sed potius Ecclesiae sensum audite, quae parata est, ut vos sine suo complectatur. Hanc ipse gratiam ab iisdem Sanctis peto, ut vobis impetrent apud Deum misericordiae, nil aliud praestet salutem vestram cupientem.

Vos autem fideles Jesu Christi a seclae, qui in Ecclesiae sensibus innutriti estis, atque una cum lacte doctrinae ejus succisistis, mementote, non esse fati illos colere, & invocare, nisi pro virili admisi fueritis ut illos imitemini, & relicta vobis exempla sequamini. Cogitate, illos vobis ab Ecclesia proponi, ut ad illorum imitationem vos provocet, neque tanto hoc in numero defuturos, qui vestri sint accusatores, & iudices, nisi eos fueritis imitati, quia cum status eorum majorem habeat cum vestro similitudinem, cumque eorum officia ab illis, quae ipsi exercetis, nequaquam abhorruerint, vobis traditi sunt tanquam exemplaria; secundum quae vosmet conformare debetis.



Et Urbs Panegyrico. Regium quippe illius genus hoc fructu coronato, purpureo, nati-voque ejusdem colore, undecim vero mille ejusdem vocae tanta granorum copia, & ubertate indigita-ur; quod tamen non obstat quominus hac haberi possit similitudo ad sermonis ornatum; non autem ad ejusdem divisionem, ac fundamentum. Immo anres hominum pati non possunt ultra comparationes illas diuturno labore comparatas, ac summo studio elaboratas, quae olim consueverant quorundam Sancto-rum cum antiquis Patriarchis, aut Prophetis, quo-rum similitudo praebebat locum divisionibus, ac tran-sitionibus de uno ad alterum punctum. Tandem non admodum laborandum esse reor, ut speciosum inveni-entur argumentum; satis est si naturale sit, at illud exequi, & probare hoc opus, hic labor est, cumque non desint Sancti quidam, quorum character sese ita-tem exhibet animo, & occurrit omnium cogitanti; nequaquam hic abiectionis est, eo quod te alii prae-verterint, qui eodem usi sunt argumento, eademque divisione; neque ab illis actionibus referendis ab-stinendum, dummodo eas referendi modus, atque fa-cultas sint omnino diversa.

Maxima, quae ibi adesse mihi videtur differentia, est exornare, ut ita dicam, aliis, aliisque modis argu-menta, quae ejusdem sunt characteris, cujusmodi sunt omnes Eremitae, omnes Penitentes, omnes Mar-tyres, illi omnes, qui Apostolicam vitam duxerunt, & omnes Ordinum Sacrorum Institutores, quorum virtutes adeo similes sunt, ut mutato dumtaxat no-mine de uno predicari valeat, quidquid de alio praedicatur. Difficultas hac non ignota est illis, qui eadem in civitate plures id genus sermones sunt ha-bituri, multoque minus illis, qui elucubrations suas in lucem emittunt. Quae res cogit, ut complures praeteream, ne eadem repetere necesse sit, quod cane pejus, & angue vitandum mihi arbitratus sum; hoc enim vitium non satis fugere potuerunt; uti etiam abstinendum ab his, quae aliis pluribus appli-cari possent, & quae jure vocari possent de Communi Virginitate, Martyrum, vel Confessorum. Sed ne diu-tius in re hac immoremur.

Ubi argumentum statutum fuerit delectatione ordo, secundum quem Panegyrica alicujus Sancti Oratio est instituenda, descendendum est ad probationes propo-sitionis illius, quae ad probandum fuerit delecta, quod Rhetorica in omni sermonis genere narrationem ap-pellat. Facultatis hujus Institutibus praecipua trade-re permittimus. Aristoteles, Cicero, & Quintilianus am-plitos de hac re tractatus ediderunt, atque eruditissi-mus aequae ac pius Ludovicus Granatenus utilissima pro Sanctorum Panegyricis nobis documenta reliquit. Animadversiones a me in hanc Panegyrici partem in-stituta ad pauca quadam pertinent, quae summi il-li viri nequaquam a se tractanda arbitrati sunt, rati fortasse ut de his experientia, vel ratio ipsa nos erudiret.

Narratio in Sanctorum Panegyricis desumenda est ex eorum virtutibus, & actionibus; haec quippe il-los Sanctos efficiunt, & per has meriti sunt, ut ip-sorum gloria haberentur. Primus autem Canon ab Aristotele generatim propositus in Epidictica Narra-tione, efficit, ut plura a me deprehenderentur vi-tia in ea narratione, ex qua Sancti alicujus elo-gium consistat. Narratio, inquit Philosophus (Lib. 3. Rhetoric. cap. 16.), in hujusmodi orationibus non debet esse continens, sed interpolata; ac identidem interca; Cujus rei duas afferit rationes. Quarum prima est, si enim omnes simul narrarentur praecla-re res gestae viri alicujus, sicuti hinc quidem illa non unus sunt speciei, & ad alias, aliasque virtu-tes referuntur; inde vero eadem persona in earum singulis variis in occasionibus enititur, hoc audito-ribus negotium faceret, si memoria tenere debe-rent, quid ibi dictum fuerit ad prudentiam illius ostendendam, & quid alibi ad ejus fortitudinem pro-bandam, nec non hanc, vel illam actionem, quae ejusdem aequitas, & justitia laudibus elata fuit. Al-tera vero causa, quae potior mihi videtur, est, quod narratio factorum non alium nexum habentium, nisi quem fors obtulit, & negotiorum, quae sese obtu-lerunt, redolet potius historicorum simplicitatem, quae

ordinem temporum, & rerum circumstantias confe-ctatur, quam Panegyricae Orationis sublimitatem, cu-jus est singulari in majorem lucem proferre. Haec au-tem oratio, quae nequaquam uno tantum veluti spiri-tu effundenda est ab ipsa nativitate ad obitum usque, non intercedenda est in Sancti elogio, nisi aliquo exem-ple, vel Scripturarum applicatione, vel morali qua-piam animadversione, aut aliqua veritate, & Reli-gionis nostrae instituto, quo probetur, vel confirmet-ur quod dictum fuerit; quod argumenti, quod per-trahatur, amplificationem appello. Sed ecce vitia, quae ipse in pluribus deprehendi panegyricis, qui alio-quin discretissimi mihi sunt visi.

Sunt, qui narrationem suam fecerunt, atque inter-cidunt eo tamen modo, qui Panegyrici naturam in-vertit quadam Ethicae morum disciplinae similitudine, quae prolixior est, quam rationes eadem, quae nar-rantur; appositis non solum in singulas virtutes ani-madversionibus, sed inde etiam arrepta occasione invehendi in Christianorum mores, in temporum vi-tia, & ea, quae in virtutum omnium exercitatio-nem patillatim obrepunt. Nescio quomodo nam hoc vitium, quod admodum vulgatum est, non inci-dat in eorum oculos, qui aliquo eloquentiae gustu sunt praediti. Paucis, exempli gratia, dicitur; San-ctum huic felicem sortitum fuisse a puero institutio-nem, & inde arripitur occasio amplum communem ostentandi locum de Institutione puerorum, deque necessitate illos in Dei timore educandi. Mox fit gradus ad aliam vitam Sancti ejusdem partem, & si vitam eremiticam, atque latentem duxit, creditur, satis bonum fieri minime posse panegyricum, nisi fiat elogium solitudinis, & nisi accedat adhortatio ad solitudinem amplectendam propter eam facilita-tem, qua ibi pervenitur ad sanctitatem, vel nisi acriter invehatur in mentis evagationem, quae in mundo invenitur. Si denique sanctus graves exercuerit au-steritates, haec praecleara esse occasio improbandi mol-lem vitam, quam plerique ducunt Christiani suas ubi-que delicias, & commoda inquirentes. Ita tota San-cti hujus vita peregrinatur, cujus actiones singulae ad alia morum disciplinae praeccepta aperiunt viam. Pro-fecto si methodus haec laudanda est, ejusque usus in-vehendus, injuria sane Panegyricus habitus fuit tan-quam difficillimum opus eloquentiae; quandoquidem nihil facilius est quam paucis diebus hoc pacto Pa-neyricos elucubrari, & adderem etiam, complures, nisi postquam tres, quatuorve hujus characteris Ora-tor absolvisset, omnium communium locorum fontes exhaustisset. Unicum illud bonum, quod in hoc pacto Panegyricam orationem ita locis moralibus obtuen-di, video, hoc est, quod eorum unum tringenta va-riis argumentis potest inservire. Fatendum nihilo-minus est plures adesse Sanctos, quorum paucissima facta nobis explorata sunt; & postea, quod eorum elogium nobis concinnandum sit, non alia suppetit via, qua nosmet expediamus, quam moralis disci-plinae supplementum adhibere, ubi quae propria sunt nobis deficient.

Sunt, qui in alterum incidunt vitium, ab hoc minime diversum, eorum videlicet qui magna stau-tunt principia in thesi formam probata, & exor-nata, & sermone suo proponunt, quod alii in cal-cem rejiciunt, & mox paucissimis verbis amplectun-tur, quid fecerit Sanctus brevifuscula unius, vel du-plex actionis narratiuncula, ac tandem alia ethicae lectione concludunt Auditores suos ad virtutum illius imitationem provocaturi. Altera haec methodus non est priori tolerabilior in argumento satis amplo, ubi actionum copia efficere debet ut potius omnia abscin-dantur prolegomena, atque arcibus proponantur prin-cipia, quibus innititur, ut factis, & virtutibus aequam impendamus amplificationem. Alii denique contra bo-num sensum peccant oppulentes Panegyricos suos di-gressionibus, vel inutilibus circumstantiis, animad-versionsibus, locis Ausiorum innotuorum, vel profa-norum doctrinaeque ostentatione, quasi suam, non San-cti alicujus vellent panegyricam orationem exornare. Ut enim omnia recte procedant, contineat, oportet, narratio facta, quae ad eam referantur virtutes, sub qua in ordinem digesta sunt, iis convellita circum-stantiis, quae illam magis commendat, eique majo-rem

rem audientium aestimationem promoveantur. Licet su-binde aliquas, sed brevifusculas, & a communi usu re-motas, animadversiones addere. Necessarium non est, immo neque utile curare, ne quid praetermittatur, om-niamque fufiori narratione persequi, quod ipsum nau-ficam crearet. Sed delectus habendus est eorum, quae magis nitent, ac leviter perstringenda quae minoris mo-menti sunt; quae immo sunt conglobanda, ut eorum numero eadem obtineatur vis, quam minor eorum nu-mero habere, si essent illustrata, & sub cujuscum-que puncti finem alicquam elucere moralem illationem, quae suapte natura sequatur ea, quae probata fuerunt, & quae Auditorum, qui in eodem statu, iisdemque oc-casionibus fuerit, excitet ad eandem vitam rationem inveniendam, eademque virtutes exercendas. Quae res profecto cedit ex sententia, si Sancti alicujus Acta re-ferantur, non jejune, & aride, sed acris, & vehementi-tylo; & si mentes audientium attentae redderent dif-ferta eloquentiae ratione. Immo ipsa rerum magistra ex-perientia docerunt, nihil attentionem magis sibi con-ciliare, quam narrationem alicujus praecleari facti, vel casus alicujus inopinati; unde sequitur Auditorem nun-quam melius esse dispositum ad eos recipiendos sen-sus, quos illi studemus ingerere: ita ut, qui illum ex-citare cupiunt ad Sancti cujuspiam imitationem (qui praecipuum esse debet finis Oratoris Sancti illius Elogium habentis) nunquam votorum summam consequentur, antequam illius sublimem astruant conceptum dif-ferta insignium factorum ejusdem enarratione.

Quod si quis mordicus aserat, morale argumentum aptius esse ad persuadendum, atque permovendum, quam narrationem factorum, & actionum insignium, quas Orator scite, atque eloquenter exponit; oblitum hunc esse, opus est, exemplum per se validissimum esse ad bene agendum excitamentum, & non minorem habere vim, cum discrete narratur, quam cum in pra-xim redigitur, & oculis nostris illud usurpamus. Ad id enim Sanctorum vita scribuntur, eorum lectio sua-detur. Ita hinc Christianus Panegyricus non minorem vim habet ad permovendum, animamque ciendum, quam venustatem, ut placeat, qui effectus vulgo illi tribuitur. Quoad vero persuadendum (qui primus est finis Oratoris) nescio equidem quam alia via id va-leat obtineri, quam auditoribus probando magnam illius, cujus elogium textitur, sanctitatem, virtutibus, & praecleari factis ejusdem, quae suam profertur in lucem: ubi tamen duo vel tria cavenda sunt.

Primum est si in factis, quae narrat, aliquid dubium occurrit, nequaquam vendit illud tanquam certissi-mum, neque illi innitatur, velut ille qui Sancti Jacobi Majoris elogium texens illum filii Dei consanguineum fecit, atque huic innixus privilegio, de quo minime constat, meliorem elogii sui partem elucubratus est. Lapsus est Orator iste, qui Jacobum Majorem pro-movere accepit, qui fuit Episcopus Hierosolymitanus, & qui a Sancto Paulo Fratre Domini appellatur, videlicet confobrinus. Sed concio adeo incerto insitens prin-ci-pio, laborat non secus ac ille, ubi Sanctus Philippus Apostolus desumitur pro Philippo Diacono, qui Eu-nuchum Reginae Candacis baptizavit. Si quis Auditor haec protulit acta, Orator communi sententia relictari non debet; si enim minus solidum fuerit fundamen-tum, quidquid superaedificatum fuerit, corruet.

Alterum quod diligenter curandum est, si Orator ad narrationem suam exornandam atque amplificandam aliquid ex Historia profana fontibus hauserit, quod in panegyrico venia dignius videtur, quam in alio quovis sermone, id per quadam comparationis spe-ciem exequatur, quae christianam actionem alteri cui-cumque naturae ejusdem praenotat, seu propter causae praestantiam, seu propter difficultatem, quae aliquis se ipsum vincit, vel aliquam animi frenat aegritudinem.

Tertium denique, quod in Sanctorum eologiis cupe-rem animadverti, illud est, quod leviter perstringan-tur ea, quae veteres Panegyristae profani constituebant veluti praecipuum earum laudum argumentum, quas illis deferabant, qui laudabantur, videlicet talenta, & naturae bona, quae sua sunt nobilitas, gloria majorem, illorum patria, affinitates, divitiis. Haec quidem San-cti Patres nunquam praetermiserunt, ut videtur est in eologiis, quae S. Ambrosius, S. Gregorius Nazianzenus, alique nobis scripta reliquerunt; verum notandum est,

illos levia haec protulisse bona, ut offenderent eos, qui in mundo his de causis in pretio haberi poterant, iisdem longissimo intervallo praetulisse Christianas vir-tutes, & non minimam gloriae ipsorum partem esse, hanc ipsam mundanam nobilitatem contemptissimam.

Aliter vero sentiendum est de animi bonis, veluti scientia, fortitudine, prudentia, aliisque id genus; quia licet praeclearae dotes istae in se ipsi perfectae nequa-quam efficiant alicquem majorem coram Deo; optimus tamen usus, in quem a Sanctis conventuntur, non mi-nimum confert ad eorum sanctitatem, & sicuti ple-namque gratia naturam sequitur, ac variis hominum sese aptat ingenii, dubium esse non potest, quomi-nus bona haec efficere possint partem eologi, quod de Sanctissimo quolibet habetur, & quo minus interiora haec bona toto caelo praeferenda sint illis, quae externa tantummodo sunt, cujusmodi sunt nobilitas, potentia, & quodcumque fortuna bonum vocatur; hanc enim ipsi etiam Ethnicis sententiam fovunt.

Multo minus rationi consonum videtur ambigere, utrum naturalia, & mere gratuita dona, veluti mira-cula, quae sunt causae superioris effecta, locum habe-re debeant in Sanctorum Elogiis. Rem hanc non at-tingerem, nisi animadverterem plures illa ex horum sanctorum vita expungere velle, & alios credere, esse usurpanda in Panegyricis, qui in eorum laudem insti-tuantur. Rationes illorum sunt, inutile esse Auditori proponere actiones, quas imitari in eorum potestate non est; & haec potentia, atque miracula nihil ad eorum sanctitatem conferre, non enim pendet ab il-lis; ac demum inter haec miracula non desce quadam dubia, quaedam supposititia, & alia quae in contentio-nem vocantur, & in quibus non satis liquet, quae de causa Deus ordinem legetique naturae mutaverit. Sed his respondere non multi laboris est; & quoniam saeculi hujus incredulitatem argum, criticae, vel acuminis nomine in dubium revocant, quod lapsis retro saeculis pro certo habitum fuit, quod Haereticorum pravitateam insinulem, qui miraculis fidem abrogare conantur, quorum ne unum quidem asserere possint in assera re-formationis suae confirmationem; ajo, eos qui opere pretium minime arbitrantur de miraculis verba face-re in Panegyrica Oratione, Sanctos fraudare parte glo-riae suae, & exultationis, quae de illorum Sanctitate fuerat pervulgata; quoniam miracula sunt probatissi-ma illius testimonio; & ipsa etiam Ecclesiae, ut illos juridice in Sanctorum album recenscat, praestolatur, donec ostendant eam facultatem, quam in celis obti-nent apud Deum; & haec tandem illa sunt, quae ipsis reverentiam, ac venerationem populorum illis concil-iant. Non ideo dixerim sermonem esse omnino illis replendum, neque illa temere referenda quinaro ha-beatur, utrum vera sint, atque solida; & inter illa ego potius eligerem ea, quae Deus operatus est ad il-lorum ostendendam, probandamque justitiam contra calumniantium diceria, vel ad magna illorum cepta promovenda, vel ad confidentiam, quam in Deo ha-bebant, ostendendam.

Cum Sacri Oratoris mens sit Sancti alicujus elogium texere, emque tanquam perfectum virtutis exemplar proponere, quari possit, utrum illius vita & noxae, quibus erat obnoxius, antequam sese penitus devove-ret Deo, sint dissimulanda. Satis liquet e re esse de illis verba facere, immo etiam in illis aliquando im-morari; inde enim arripitur occasio ostendendi mise-ricordiam Dei, quae in ea conversione eluxit, non fo-cus ac in conversionibus S. Pauli, S. Mariae Magdale-nae, S. Augustini. Interest immo gloria Sancti ipsius, qui fideliter caelestis gratiae respondit, & Auditor inde tandem concludit, se posse in Sanctum insignem eva-dere, cuicumque tandem vitio deditus sit; praeterquam quod haec peccata saepe consueverunt Sanctum ad praestantiorum gloriae verticem attollere per poenitentiam, qua sua eluit delicta.

Unum dumtaxat mihi reliquum est quod in hoc de narratione argumento adiciam, videlicet, cum nobis verba aequae ac facta Sanctorum referenda sunt, proli-xis dialogis, aut colloquiis esse abstinendum. Potest quidem Orator sensus illorum asserere, eosque nonnun-quam loquentes inducere, quod quiddam vividum est, & animatum dicendi schema; reor tamen, forendum non esse, ut plures inducantur personae, quarum sin-gulae

gule invicem loquantur; quod theatrum potius redollet, quam suggestum.

Pauca animadvertenda sunt de stylo, & ornatibus adhibendis in Panegyricis Sanctorum; quia hac in re nihil est, quod ad illos singillatim pertineat, & praecipua, quae a Rhetoribus hac de re traduntur, omnibus sunt perspicua. Constat, in hoc dicendi genere plures requiri vices, leporesque, quam in alio quovis; stylium sublimiorem, elegantiorum, & venustiorum; sed velim omnibus de duabus, tribusque rebus esse persuasum, quae nunquam satis iterari possunt, & quae non satis accurate a multis servantur. Primum est Eloquentiam nequaquam sitam esse in verbis, sed in rebus, & quaedam loquendi rationes nitentes, quibus emphasis inest, & sensus deest, quin orient argumentum, quod per se seipsum, atque sterile est, praepter propter in sermone idem esse, quod tamen in corpore; quin sit bona valetudinis signum, potius est valetudinis affecta documentum. Qua in re nihil mihi magis scilicet videtur, quam quod Eloquentia pater docuit, verba aptanda esse rebus, quae dicuntur, non autem res verbis; ideoque vocabula quae magis nativa sunt, sunt etiam magis propria, quoniam efficiunt, ut melius intelligantur ea, quae volumus significare. In Panegyrico Oratione, non secus ac in aliis, quae publice recitantur, nihil humile, ac repens inveniri debet; sed non ideo arguendum, omnia esse debere magna, & magnifica, eisdemque ornatus adhibendos esse in minimis, quae ac in maximis. Hinc sequitur

ut sicuti in Tabula requiruntur umbrae, ut melius nitentur quae oculos debent afficere; similiter in Oratione opus est adesse locos quosdam minus elaboratos, qui inserviant dumtaxat, ut alia magis resurgant, & ut ea praeter ceteris emicent, quae sunt potiora. Auditor parandus est ad aliquid magnum per ea, quae non expectant adeo peculiarem attentionem; alioquin nimia lux perfringeret potius mentis oculos, quam sineret, ut illi magis peculiaris oris lineamenta intuerentur. Hoc admiramur in Veterum scriptis quae tanquam absolutissima dicendi exemplaria laudantur, ubi schemata, & ornatus parcius adhibita intenuerunt, atque singula aptis locis disposita; & ubi non omnia pari studio ac labore excolta, elaborataque sunt.

Adde tandem, cum dicitur Panegyricus majori cura expolitus, ornatusque esse debere; semper tamen aliquod interesse debere discrimen inter Christianum Sermonem suggestum, & alium Academicis exercitationibus aptum; ideoque esse oportere stylium fluentem, atque magnificentum, non autem interiticum, refertum sententiis, atque antithetis, quae Auditor neque assequi, neque retinere potest; quia in mente nonnisi confusa remanet imago, quae efficit, ut majori laude, atque admiratione excipiat Orator, quam Sanctus, cujus ille celebravit elogium: nam credere nequeo viam esse valide sciendi auditores ad eas imitandas virtutes, & actiones, quas nonnisi veluti per caliginem conficiendas exhibet illi quas nimis obruit ornatus.



NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza all'Erede di Niccolò Pezzana di poter ristampare il Libro intitolato: R. P. Vincentii Houdry Bibliotheca Concionatoria de Orationibus Panegyricis Sanctorum in Fol. Tomi 5. osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 13. Maggio 1778.

(Pietro Barbarigo Rif.

(Francesco Morosini 2d° Kav. Proc. Rif.

(Girolamo Grimani Rif.

Registrato in Libro a Carte 377. al Num. 1276.

Davidde Marchesini Segretario.

T A B U L A A R G U M E N T O R U M

Quae in hoc Primo Tomo Orationum Panegyricarum in Sanctorum laudem continentur.

P ro Panegyrico S. Andreae Apostoli.	pag. 1
Pro Panegyrico S. Thomae Apostoli.	14
Pro Panegyrico S. Stephani Protomartyris.	24
Pro Panegyrico S. Joannis Apostoli & Evangelistae.	37
Pro Panegyrico SS. Innocentium Martyrum.	50
Pro Panegyrico S. Iosephi Confessoris.	57
Pro Panegyrico S. Joannis Baptistae.	82
Pro Panegyrico S. Petri Apostoli.	97
Pro Panegyrico S. Pauli Apostoli.	114
Pro Panegyrico S. Mariae Magdalena.	132
Pro Panegyrico S. Jacobi Majoris.	148
Pro Panegyrico S. Annae Matris B. V. M.	157
Pro Panegyrico S. Marthae Virginis.	166

Registrato in libro a Curia 377. al Num. 1276



CON-



CONCIONATORUM BIBLIOTHECA.

UBI ILLORUM SANCTORUM CONTINENTUR ELOGIA,
de quibus in Bibliis sermo est, & quorum Panegyrica
Orationes haberi consueverunt.

PRO S. ANDREAE PANEGYRICO.

M O N I T U M.



Uibus praesens hic labor noster usui aliquando futurus est, meminisse debent, quid in Praefatione monimus, nos videlicet primo hoc in Volumine de iis tantummodo Sanctis verba facere, de quibus in Scripturis est mentio; & in eo, quem institimus ordine, sequendi videlicet Annum Ecclesiasticum, quamvis Sancti Andreae festus dies non semper in Adventu celebretur, satis esse, quod non ita raro in eo celebrari contingat, ut ducamus initium a Magno hoc Apostolo, quem omnium primum Dei Filius ad sui sequelam vocavit, & qui ex illis est, quorum laudes uberius Concionatoribus suggerunt argumentum, factorum, virtutum, ac insignium sententiarum, in vita ipsius historia occurrentium varietate.

Hinc, licet totum admirabili Sancti huius elogium ad Apostoli, Confessoris, ac Martyris Dignitatem redigatur, tamen haec munera ea fide, diligentia, utilitate, atque in adeo singularibus obit circumstantiis, ut operum non sit peculiarium illius characterem per se constitutur, quae ille habet cum reliquis Apostolis communia; latius disserendo de iis quae in illius vocatione magis comotata, in Apostolico cursu magis gloriosa, nec non magis generosa cum in moris genere, tum in sensibus, quos ad Crucis aspectum protulit, elucescant.

Animadvertendum duntaxat est, quemadmodum hoc exigit argumentum, ut sepe fiat sermo de Cruce, cuius amor, ac desiderium pulcherrimum aperit locum laudibus Sancti nostri; hoc Crucis vocabulum nobis, habita nostri ratione, in moralis sensu esse accipiendum, hoc est, pro eromnis, tribulationibus, ac persecutoribus, quae Crucis nomine appellantur, & quae a nobis prompto, hilarique animo suscipiende sunt, tanquam a Deo profecta. Hoc enim pacto Salvatoris preceptum implebimus iubentis eum, qui ipse esse cupit discipulus, tollere Crucem suam, atque in hoc statu perseverare, quod ille prestavit, ac juxta ejus exemplum Sanctus Andreas Discipulus ejusdem operatus est.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Variis Sermonum huius Argumenti prospectus.

Ambulans Jesus juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus: & ait illis: venite post me. Matth. 4.

Uobis haec fratribus dicere, venite post me, erat eos ad crucem evocare; ita uterque in cruce obierunt: cum hoc tamen discrimine, quod Petrus illam timuit, Andreas autem dilexit. Crucis Amor, cuius ille nobis praestantissimum reliquit exemplum. S. Andreas crucem amavit; quippe invenit in cruce, quicquid omne suum meritum, omnemque gloriam suam coram Deo constituturam erat: videlicet Apostolatus sui complementum, suique sacerdotii consummationem. Duobus verbis: Crux cathedra est, ubi omnem ferventissimi Concionatoris zelum ostendit; pars prior: Crux ara est, ubi tanquam Sacerdos, & Pontifex novi testamenti ea, qua fieri poterat, perfectione sacrificii munus exercuit. Pars posterior.

Pars prior: Crux est Cathedra, ubi S. Andreas ferventissimus Concionatoris zelum ostendit.

tissimi Concionatoris zelum ostendit. Apostoli missi fuerunt, ut Jesum Christum cruciatum predicarent; & hoc munere nulli melius perfectus est S. Andreas; quam cum ipse quoque fuit Cruci confixus. Cur ita? Quia de Cruce Jesum Christum, ejusque legem praedicavit; 1. Majori cum auctoritate, & gratia; 2. Majori vi, & ad persuadendum efficacitate; 3. Majori cum fructu, atque utilitate. 1. Majori cum auctoritate, & gratia. Crucem praedicare facillimum est, cum nihil est perferendum; & quantumvis disertus, & eloquens sit Concionator, illum minime decet aliis austeritate, atque mortificatae vitae genus persuadere, cum ipse tranquillam, & satis commodam agat. Sed Andreas Crucem de cruce ipsa praedicavit. 2. Majori vi, & ad persuadendum efficacitate. Nemo persuadet melius, quam qui palam sibi persuasum esse factis ostendit. Poterat ne aperius extendere quo usque sibi de merito crucis constaret, quam ipse etiam mori cupiens in Cruce? 3. Majori cum fructu, atque utilitate. Hinc profecto tot illa conversiones, quas Deus per S. Andream operatus est, & quas cum Divina gratia in nobis Exempli ejusdem virtus debet operari.

Pars posterior. Crux ara est, ubi Sanctus Andreas tanquam Sacerdos, & Pontifex novae legis, omnia, qua fieri poterat,